UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Svccinctam Doctrinarum Asceticarum Svmmam Comprehendens - Quam ad majorem omnium in Ascesi proficere cupientium utilitatem ac subsidium

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1685

Præfatio Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48214

Visual Library

PRÆFATIO AD LECTOREM.

QVod Sapientiſſimus Salomon Eccl. 20. dixit: Sapientia abſcondita, & theſaurus inviſus quæ utilitas utriſque? *id meritò etiam de doctrinis hoc in opuſculo contentis dici videtur poſſe. Collegeram nempe & ego illas ex Selectiſſimis quibúſque Authoribus, & tum in Inſtructiones meas, tum etiam, & quidem majori ex parte, in Bibliothecam meam manualem transtuleram; ſed, quia ob vaſtitatem operis, pretiúmque non pauci à dicta Bibliotheca comparanda abſterrebantur, vel certè ob paucitatem Exemplarium, non niſi uni alterive ſervire poterant tales doctrinæ opera pretium me facturum exiſtimavi, ſi eaſdem ſtudiosè excerptas, & accommodato Ordine digeſtas, in hoc opuſculo tibi offerrem.*

Dividatur autem illud in ſex partes: quarum prima, doctrinas ad viam purgativam ſpectantes: Secunda, ad viam illuminativam pertinentes: Tertia, ſpectantes ad viam unitivam: Quarta adjumenta Perfectionis: Quinta, Impedimenta. Sexta, Modum & media in Aſcetica ſcientia proficiendi continebit. Ut adeò nihil ſuperſit, quàm ut doctrinas has tantò ſtudioſiùs evolvas, quantò majus tibi per illas ad profectum tuum ſpritualem ſubſidium offeretur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN